



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.LXXVI. Sancti Patris Benedicti. M.XCVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

supplicio-  
rum tol-  
erantia.

empti, triumphis æternis jungi meruerere; ut nihil de ijsdicamus, qui ne pro Martyribus haberentur, clanculum ad careeres rapti, longoque Martyrio crudelissimè affecti, centies & millies in omni cruciatu sese hostias gratissimas Numini obtulere. Quibus proximi meritis censendi, qui piè meritato habitu ut alijs prodeßent, nutantesque in fide confirmarent, infinita subire pericula, Zelo ducti animarum, in primis votis habuerunt. Ex Chrysost. Henriquez, & Rerum Anz. Script.

Ludovicus  
d'Estrada  
Abbas.

Jpsō anno sancte memorie Ludovicus de Estrada, tertium celeberrimi illius Mariani horti cultor, Hortensis Cenobij Abbas electus, etiā jam fractus senio atque impeditus, sed rerum agendarum longa peritia, & sanctimonia Vita venerandus, quique tantopere diligenterat à filiis, ut solo nutu regeret, neque jubere indigeret, sed indicare. Ut videoas quanti referat Superiores exemplo magis doceare quam Verbo, cūm hic Vir sanctus non in hoc solo Cenobio tantum posset, sed in Congregatione universa, cūm omnibus pro Regula esset, ut Vitta linea, incredibili in Ordinem & Hispanias, etiam ad saeculares, fructu dimanante. Manrique, Henriquez & plures rerum Cistercienjum Scriptores.

Antonius  
Frauentis  
Casini.

Mortalitatem exuit hoc anno Vir eruditissimus, humanis Divinisque literis instructissimus, Jurisque in primis Pontificij gnarus P. D. Antonius Frauentis Monachus Sacri Montis Casini, qui inter alia egregij ingenij monumenta Repertorum Icripī Polyanthea dictum, pro Archivo Casinensi. In quo omnia Jura Cenobij aliaſque res memorabiles Ordine Alphabetico quam distinctissimè est complexus.

JESU CHRISTI ANNUS M.D.LXXVI.  
Sancti Patris Benedicti. M.XCVI.

Gaspar  
Bonincourt  
Abb. Au-  
denburg.

In ter Belgij sydera ericit, insigni cūm virtutis tum eruditioſis fama & splendore Gaspar Bonincourt Atrebas Eques Hierosolymitanus, qui non contentus sacra Christi in Palæstina vidisse & coluisse vestigia, ut ipsummet in omni vita perfectius sequetur & assequeretur, ejurato saeculo, in celeberrimo Aquincimetiensi Cenobio Monachum professus est; inde pro vita meritis, ad Audeimburgensis Cæ-

nobi regimen postulatus, & Abbas creatus, sedulum ſeſe ſacri rigoris promotorem, & disciplinæ Monastice affertorem comprobavit, & ut de posteris non minus & exteris mereretur, qnām de ſibi commendatis, cūm Græce, Latinè, Gallicè, Teutonicè, Italicae, Hispænicæ peritus eſſet, multa, & varia reliquæ præstantis ingenij monumenta: eaque inter idioma te Gallico descriptis peregrinationem ſuam Hierosolymitanam, & ad Montem Sianai, & ſepulchrum S. Catharinae; Librum item Suorum ad Fratres Sermonum. & alium de Arithmetica, duos item libros carminum, alterum de Predestinatione, alterum de ſuipſius cognitione, ut ex ipſis librorum Titulis facile appareat, optimè mereri ſtudiisſe. Floret item & æternā celebratur meritorum fama, in eadem Belgij provincia Arnoldus Gantoſius Abbas Marchianensis, meritis liberalium artium & studiorum rūdiſſimo ſæculo promotor, cui præter alia præclarè geſta ſera æternū debet posteritas, magnificum in Universitate Duacena Gymnasium, ab eodem magnis ſumptibus exſtruētum, ex quo plurimi deinceps viri eruditii, magno Reipubl. Christianæ bono prodierunt. Recensenda hoc loco plurimorum aliorum Abbatum, tam in Belgio, quam Gallia, Hispænia & Italiæ merita eſſent, quorum vix aliquis Opulentioris cuiuſiſ Cenobij fuerit, qui non laudabilissimo Patrum Socieratis JESU Instituto favorit, iſque cum in condendis Collegijs, tum instituendis Gymnasijs, & promoven- diſtudijs, alendis Alumnis, adjutor fuerit; ut ſi ſingulorum Cenobiorum Annales requirere placeat, & monimenta excutere, peculiari volumine opus eſſet; ita, ut planè appareat Benedictino Ordini, ut olim proprium ſemper fuit, cum ſacra tum profana ſtudia & in Cenobijs, & in primis Universitatibus arque Academijs profitari, libros ſcribere, Bibliothecas condere, ita nunc quoque eſſe proprium, eadem ubi viſ promovere, perque eadem & professoribus & Discipulis, nec non toti Ecclesiæ & Regnis Benedictinâ liberalitate consulere. Ex Fastis Belgicis.

Extinguitur hoc anno magnum omnino Ordinis nostri totiusque Romanī

Arnoldus  
Gantoſius.  
Abb. Mar-  
chianensis.

*Christophorus abb. Prumensis.*

mani Imperij decus Reverendissimus & Illustrissimus Dominus Christophorus, celeberrimi Prumiensis Archistarri meritissimus Abbas, Comes de Manderscheidt; vir non minus omni Virtutum cultu, & eruditionis laude, quam Generis sublimitate & antiquitate præstantissimus. Ipsum hisce breviter verbis monumenta ejusdem Cenobij celebrant: *Fuit sacrarum humanarumque litterarum peritissimus, moribus castis, conversatione devotus, Monastice Discipline promotor servidus, humilitate exemplaris, quippe qui Episcopatum Leodinensem [ ecce primærum Benedictini Ordinis in tanto rei ciendo Principatu, Spiritum ] ultro sibi oblatum, constanter recusavit, Orator fuit egregius, ita ut etiam imparatus & extemporaneus, in solemnibus Imperij Comitijs, Oratore suo obmutescente, ipse max taliter peroraret, us Imperator, omnesque Principes toti obstupeferent, & Principem hunc supra modum laudarent & colerent. Vita exces sit exemplar absolutissimi Præfus & Pastoris 28. Augusti, præsentis anni, susceptis devotissime omnibus Ecclesiæ Sacramentis, cuius memoria est in Benedictione. Ex monim. ejusdem Cenobij.*

*Franciscus de Machado.*

In Hispanijs celebre admodum nomen est R. P. Francisci de Machado Abbatis Tomaraensis, viri cum ob singularem eruditionem, tum egregiam vitæ integratatem non solum suis reverendi, sed Principibus charissimi, cuius etiam opera in rebus magni momenti utebantur. Reliquit aliquot egregij ingenij monumenta, qua inter duos præstanti eruditione libros, contra juratissimam Christi Divinitatis hostem, gentem Judæorum; librum item Epistolarum ad Henricum Lusitanæ Principem sacra Rom. Ecclesiæ Cardinalem, postea Regem. Duos etiam libros rerum gestarum & vitæ sanctissimæ Beatarum Teresæ & Sanctiæ Reginarum sanctimonialium Regulam S. P. Benedicti sub sacra Cisterciensi Reformatione profellarum, in quarum acta, jussi Sebastiani Portugalia Regis sedulo indagavit. Chrysost.

*Joannes Coquie Abb. Morimund.*

Henrig.

Mortalitate in hoc etiam anno exxit Joannes Coquie Abbas Morimundensis, Vir eruditissimus & zelosissimus, Doctor Theologus facultatis Parisiensis,

Rector olim Collegij S. Bernardi ibidem, Visitator Ordinis strenuus, & Reformationis per Galliam, Flandriam, Lotharingiam, & Sabaudiam promotor meritissimus, etiam Regibus pro Juribus Ordinis obniti non veritus, aeterna commendatione dignus. Bern. Brito. Ang. Manrique, &c.

IESTU CHRISTI ANNU S.M.D. LXXVII.  
Sancti Patris Benedicti. M. XCVII.

**H**oc demum anno Vir verè Ad-

mirabilis sanctissimæ memorie Joannes de la Barriere Commendata- v. Joan. de  
rius antehac Abbas Fuliensis Monaste- la Barri-  
rij, cum antea Romanu profectus in- fit Monas.  
tentionem suam Romano Pontifici di- chus.  
stinctius aperuisset, seque expecto-  
rando, euindem merito in magnam rapuisset admirationem, benedictio-  
ne Pontificia recepta, latus ad suum reversus Monasterium, cùm etiam non unum solummodo, sed plures annos sese tanquam novitium Tyrunculum, per magnum vitæ rigorem strenue ex-  
ercuisse & probasset, Monachum sol-  
lemniter professus, & ita quidem est, ut non ex more suorum, sed ad amul-  
sum & unguem sanctissimæ Regulæ,  
minora æquæ ac in maxima servare pol-  
liceretur. Servavit ut pollicitus Nu-  
mini est, & ita quidem ut Redivivum Restitutæ in integrum Benedictinæ Legis, & Primævi Spiritus exemplar admiracioni omnibus esset; verè trium-  
phati mundi, subactæ carnis, cacoda-  
monis prostrati, ipsius ipsissimus tantæ Victoria Trophæum, ipso quoque  
Numine tanti viri conatus, non sine prodigio approbante, cum Vir Illu-  
strissimus, nullis proficientibus ad eum usque suæ Professionis diem Medicorum consilijs & remedij, morbo, quo graviter laboraverat, Comitiali, ex tunc liber prorsus & incolumis evaderet, totus deinceps in eo, ut Numini suoque Archiparenti BENEDICTO, creditos sibi de novo, & meliore nunc titulo, Ascetas reconciliaret, suisque & persuasionibus, & exemplo lucra-  
retur. Egit hoc summa qua potuit  
industria, & quibuscumque potuit mo-  
dis, et si apud plerosque oleum perde-  
ret & operam, tentandos nihilominus omnium animos censuit, & incredibile penè est, quantis artibus usus sit,  
quantos labores pertulerit, quanta pa-  
tien-

Vera nunc  
Pastor effi-  
citur.